



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Pars Qvarta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

tino in hac parte indulatum, etiam ante in Constitutiones Synodales relatum est, ut alius extraordianarius Confessarius illis bis aut ter offeratur, id ne à Præfectis seu Confessariis monialium ordinariis, tanquam suæ potestatis derogatorium, negetur, aut constringatur, cum

expedit, etiam sèpius hanc potestatem cum Superiorum licentia facere, & libertatem aliquam salutarem, ad alia mala præcavenda, hac in parte permittere, si perficuis argumentis, angui suarum conscientias, animadvertant.

## P A R S Q V A R T A.

### C A P . V N I C V M . De Iurisdictione & Iudicio Ecclesiastico.

**C**orruptionem tribunaliū nostrorum, & confusionem Iurisdictionum, ac inde procedentem Iuris ac justitiae perversionem, Nos, in ipso statim in Diœcesin Nostram Osnabrugensem ingressu, facile animadvertisimus; & res ipsa adeo manifesta loquitur, ut nullus inficias ire posse, ex illa Iudiciorum corruptela, infinita sequi incommoda, dum aut coram non suis iudicibus, aut inidoneis, aut non recto ordine, aut ab iis hominibus qui ad hoc idonei non sunt, causæ perverse tractantur, lites ex litibus seruntur ac pertrahuntur, justitia obscuratur, subditī nostrī misere vexantur ac distrahitur, innocentes opprimuntur, hereditates ac patrimonia exhauiuntur, & infinita mala oriuntur, quibus ut obviam procedamus, ac, quantum in Nobis est, integratatem juris ac justitiae in utroque foro constituamus, ac sartam testamque conservemus, officii Nostrī Episcopalis ratio à Nobis exigit.

2 Quamvis autem, sicuti necessarium judicamus, ita votis omnibus desideremus, ut quamprimum accurata iudiciorum reformatio, præsertim in foro Nostro Episcopali, subsequatur; temporis tamen angustiæ, Provincialium negotiorum accumulatio, multitudine & gravitas, non patientur, ut, in Synodali hoc conventu, iis rebus omnibus certum ordinem dare possimus, sed in aliud tempus commodum suspendere cogamus.

3 Interim tamen volumus, ut in judiciis Nostris, tam Officialibus quam aliis, certi ac definiti Procuratores & Advocati sint, ac non alii quam Catholicci, comperta probitatis, fidelityatis, & convenientis eruditio[n]is, qui que fidei professionem secundum Decreta Synodi hujus Nostræ fecerint, juramentumque à Nobis proponendum præstiterint; quos etiam volumus ab omni procacitate, maledicentia, superfluis & inutilibus allegationibus, comprehenditionibus, protelationibus, pa[ct]is de quota litis, & aliis illicitis lucris, munerum

acceptio[n]ibus, & similibus prohibitis actionibus, abstinere, sub arbitria Nobis pena.

Causæ omnes, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, non alibi, neque coram alio, quam iudicio Nostru[m] Ecclesiastico, agantur, tractentur, definiantur; nec iis cognoscendis ac definiendis judices sacerdtales, sive in principio sive per viam appellationis, sese immisceant, quounque prætextu illius consuetudinis vel usurpationis; cui Nos hac Nostra solemnī protestatione & Synodali Constitutione contradicimus, & omnes contrarios actus interruptos esse voluntus.

Cetera, quæ de forma & ordine iudiciorum ulterius deliderantur, Nos, cum præscitu & Consilio Venerabilis Nostru[m] Capituli, Deo dante, ad publicam Diœcesis Nostræ utilitatem, & subditorum Nostrorum tranquillitatem ac prosperitatem, diligenter ac serio post-hac curabimus.

**E**T quia Ego Iudocus Uphaus I. V. D. Comes Palatinus, Cantor & Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Ioannis Osnabrugensis, à suprà memorato Reverendissimo & Illusterrissimo Domino Præfide in Actuarium deputatus, præinfertorum Decretorum Synodalium promulgationi interfui; idcirco eadem Decreta, in fidem eorundem, prævia debita requisitione, propria manu subscripsi.

Acta

Acta sunt hæc Anno , à sentibus Venerabilibus  
partu Virgineo , M D C & Doctissimis Dominis,  
XXVIII, Indictione duo-  
decima, Pontificatus fan-  
ctissimi Domini nostri D.  
Urbani Papæ Octavi An-  
no sexto,diebus,mense,&  
loco , quibus supra ; præ-  
testibus fide dignis.

*Iudocus Vphaus I. V. D. Comes Palatinus, Cantor  
& Canonicus D. Ioannis, subscriptus.*

CATALOGVS  
P R A E L A T O R V M ,  
C O L L E G I O R V M ,  
utriusque sexus Monasteriorum,

Singularumque Parochiarum ad Synodum Episcopalem Osnabrugensem , die  
vigesima octava mensis Martii, Anno millesimo sexcentesimo vigesimo  
octavo, celebratam, vocatorum , tam eorum qui per se vel alios  
comparuerunt, quam eorum qui omnino emanferunt.

Reverendissimus & Illustrissimus  
Dominus

D. FRANCISCVS

G V I L I E L M V S;

Dei & Apostolicæ

Sedis gratia,

E P I S C O P V S  
OSNABRUGENSIS,

Sacri Romani Imperii Princeps , Præpositus  
Ratisbonensis , Comes de Wartenberg,  
Dominus in Waldt , &c. Præsidens  
ac Synodum Dicefanam  
convocans.

Reverendissimus in Christo P. Dominus  
IOANNES PELCKINGIVS ,  
Episcopus Cardicensis, Reverendissimi &  
Serenissimi Bavariae Ducis FERDI-  
NANDI, Episcopij Paderbornen-  
sis, &c. Suffraganeus.

C A P I T V L V M

*Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ  
Osnabrugensis.*

Sixtus à Liaukema, Præpositus, Ar-  
chidiaconus , hujus & Cathedra-  
lis Ecclesiæ Paderbornensis Ca-  
nonicus.

Theodorus à Morrien, Decanus.  
Ludolphus à Varendorff , Senior,  
Scholaisticus , atque Archidiaco-  
nus.

Casparus à Nehem , Reverend. Epi-  
scopi Osnabrugensis , Capellanus  
in Melle.

Henricus à Mallingkrott , Cantor,  
& Archidiaconus.

Ioannes à Melchede, hujus nec non  
Cathedralis Ecclesiæ Hildensiensis  
Canonicus & Cantor.

Godefridus Droste, hujus & Cathe-  
dralis Ecclesiæ Monasteriensis  
Canonicus.

Benedictus à Nehem.  
Ioannes Heidenricus à Vorden , Il-  
lustrissimi

Admo-  
dum  
Reve-  
rendus  
& Pra-  
nobilis  
Domi-  
nus